



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.27. Iter secundum Papæ ad Carolum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

Sæculum IX. nisi milites suos ipsi Episcopi in aciem e.  
 A. C. 804. ducerent, contemni se putabant a Francis,  
 Gente bellis adsueta, in qua nemo nisi mancipia & homines vilissimæ condi-  
 tionis militiam fugeret.

## §. XXVII.

*Iter secundum Papæ ad Carolum.*

*Sig. Ann.  
Met.*

*Ann. Eginh.  
&c.*

Fortunatus Patriarcha non ignarus, quam graves imminerent Joannes Dux Venetorum & Mauritius filius ejus, constituit ire in Franciam Præsidium Caroli Imperatoris quæsiturus anno octingentesimo tertio; cumque Principem Saltzæ prope Moguntiam habuisset, Privilium immunitatis pro sua Ecclesia obtinuit. Eodem anno, cum ad Imperatorem fuisset delatum, Mantuæ inventam esse partem Sanguinis JESU Christi, Leoni Papæ scripsit, gratum sibi facturum, si in rei hujus veritatem inquireret. Papa occasionem prensans Roma excessit, iturus in Longobardiam; sed deinde ulterius progressus est, & secundum ad Carolum se contulit, cui significari jussit, cupere se Diem Domini Natalem cum ipso celebrare, ubicunque degeret. Imperator accepto nuncio Aquisgrani in medio Novembris anno octingentesimo quarto, Filium suum Carolum Papæ ob viam ire jussit usque ad S. Mauritium in Valesia. Deinde ipse Rhemos usque pro-

procedens Pontificem deduxit Cadur- Sæculum IX.  
cum, & inde, Festo Nativitatis celebra- A. C. 804.  
to, Aquisgranum. Octiduo in mutua  
conversatione absumpto Imperator do-  
nis cumulatum dimisit, & quia viam in  
Italiam per Bavariam elegerat, Raven-  
nam usque redeuntem deduci jussit. Cau-  
sam hujus secundi itineris Papæ in Fran-  
ciam ignoramus quidem, sed conjectu-  
ra est, periculum Territorii Veneti pro-  
fiscendi occasionem præbuuisse, cui Pro-  
vinciae subjugandæ Græci inhiabant, &  
præterea Patriarchæ Gradensi Impera-  
toris præsidium parare Pontificem vo-  
luisse.

### §. XXVIII.

#### *Ecclesiæ in Saxonia.*

Tandem hoc anno Carolus bello Saxo- *Eginh. vit.*  
nico, quod annis plus triginta gere- *Car. in ann.*  
batur, finem imposuit. Omnibus, qui  
repugnare solebant, subjectis, ut non es-  
sent, qui deficere possent, decem millia  
Saxonum ultra Albim habitantium cum  
uxoribus & liberis translata in diversa  
Galliae & Germaniæ oppida invexit. In  
Saxonia vero remanentibus pacis condi-  
tiones posuit; ut abjecta Idololatria Re-  
ligionem Christianam amplecterentur,  
& Francis juncti populum unum effice-  
rent. Ut eo facilius ad conversionem  
moverentur, Rex multis in illa Regione

Ss 3                  fun-